

## Plinio, epistola III 1

### C. PLINIUS CALVISIO RUFO SUO S.

*Nescio an ullum iucundius tempus exegerim, quam quo nuper apud Spurinam fui, adeo quidem ut neminem magis in senectute, si modo senescere datum est, aemulari velim; nihil est enim illo vitae genere distinctius. Me autem ut certus siderum cursus ita vita hominum disposita delectat. Senum praesertim: nam iuvenes confusa adhuc quaedam et quasi turbata non indecent, senibus placida omnia et ordinata conveniunt, quibus industria sera turpis ambitio est. Hanc regulam Spurinna constantissime servat; quin etiam parva haec ordine quodam et velut orbe circumagit. Mane lectulo continetur, hora secunda calceos poscit, ambulat milia passuum tria nec minus animum quam corpus exercet. Si adsunt amici, honestissimi sermones explicantur; si non, liber legitur, interdum etiam praesentibus amicis, si tamen illi non gravantur. Deinde considit, et liber rursus aut sermo libro potior; mox vehiculum ascendit, assumit uxorem singularis exempli vel aliquem amicorum, ut me proxime. Quam pulchrum illud, quam dulce secretum! quantum ibi antiquitatis! quae facta, quos viros audias! quibus praeceptis imbuare! quamvis ille hoc temperamentum modestiae suae indixerit, ne praecipere videatur. Peractis septem milibus passuum iterum ambulat mille, iterum residit vel se cubiculo ac stilo reddit. Scribit enim et quidem utraque lingua lyrica doctissima; mira illis dulcedo, mira suavitas, mira hilaritas, cuius gratiam cumulat sanctitas scribentis. Ubi hora balinei nuntiata est - est autem hieme nona, aestate octava - in sole, si caret vento, ambulat nudus. Deinde movetur pila vehementer et diu; nam hoc quoque exercitationis genere pugnat cum senectute. Lotus accubat et paulisper cibum differt; interim audit legentem remissius aliquid et dulcius. Per hoc omne tempus liberum est amicis vel eadem facere vel alia si malint. Apponitur cena non minus nitida quam frugi, in argento puro et antiquo; sunt in usu et Corinthia vasa, quibus delectatur nec afficitur. Frequenter comoedis cena distinguitur, ut voluptates quoque studiis condiantur. Sumit aliquid de nocte et aestate; nemini hoc longum est; tanta comitate convivium trahitur. Inde illi post septimum et septuagensimum annum aurium oculorum vigor integer, inde agile et vividum corpus solaque ex senectute prudentia. Hanc ego vitam voto et cogitatione praesumo, ingressurus avidissime, ut primum ratio aetatis receptui canere permiserit. Interim mille laboribus conteror, quorum mihi et solacium et exemplum est idem Spurinna; nam ille quoque, quoad honestum fuit, obiit officia, gessit magistratus, provincias rexit, multoque labore hoc otium meruit. Igitur eundem mihi cursum, eundem terminum statuo, idque iam nunc apud te subsigno ut, si me longius evehi videris, in ius voces ad hanc epistulam meam et quiescere iubeas, cum inertiae crimen effugero. Vale.*

### ESERCIZI

#### I LIVELLO - LESSICO

- Scegli il significato che a te pare più esatto fra quelli forniti dal dizionario [come modello è stato utilizzato il Castiglioni-Mariotti, *n.d.r.*] per le seguenti parole, tenendo conto dell'esatto contesto entro cui i termini appaiono, e motiva la tua scelta:

<i>exigere</i>	bandire	produrre	trascorrere	richiedere
<i>aemulari</i>	gareggiare	uguagliare	invidiare	rivaleggare
<i>distinct[i]us</i>	diviso	disuguale	ordinato	lontano
<i>cursus</i>	corsa	passo	rotta	orbita
<i>ambitio</i>	intrigo	vanagloria	sforzo	aspirazione

- Nel corso della lettera, attraverso l'esempio di Spurinna, Plinio individua il mezzo fondamentale per combattere l'invecchiamento e mantenersi sempre giovani, a dispetto dell'età anagrafica. Di quale mezzo si tratta, a tuo giudizio?
- Nell'immagine che Plinio offre della pace e della tranquillità in cui vive Spurinna, hanno un certo valore gli avverbi *remisse et dulce*, riferiti ai testi in lettura, ma di fatto immagine simbolica di quella *placida*[*pax* che l'Autore riconosce fin dall'inizio come la caratteristica auspicabile di ogni buona vecchiaia. Concentriamoci sul primo avverbio. Quale ne è il significato etimologico? Sei in grado di spiegarlo?
- Cicerone nella *Pro Caelio* introduceva la prosopopea di Appio Claudio Cieco (un passo particolarmente famoso dell'orazione, 33ss.) con gli avverbi *severe / graviter / prisce* contrapposti agli avverbi *remisse / leniter / urbane*. Nelle due serie, i termini usati sono esatti opposti dei loro corrispondenti? E *leniter* potrebbe valere come sinonimo di *dulce*, il termine utilizzato da Plinio in unione con *remisse*?
- Attraverso il PHI (<http://latin.packhum.org/browse>, sito a consultazione libera), sei in grado di trovare altri esempi significativi dell'uso di *remisse* e *remissius* (avverbi)? E di *placid\** & *pac\** (= *placida pax*)?
- Plinio nel testo parla di una *regula* mantenuta *constantissime*. Sapresti spiegare il valore etimologico di questi due termini? Il testo di Plinio è coerente con tale valore? Motiva la tua risposta, pensando non solo a quanto Plinio dice di Spurinna, ma anche di sé.
- Anche *comitas* è una parola chiave del testo. Quali esempi ne offre qui Plinio? La *comitas* era una virtù femminile per eccellenza nei ritratti presentati da Valerio Massimo in *Facta et dicta memorabilia* VII 6 [il testo è riportato nel percorso su Tacito, *Agricola* 4, *n.d.r.*]. Quali differenze riscontri nell'uso del termine fatto dai due autori?

## II LIVELLO – STRUTTURA

- Trattandosi di una lettera, Plinio incomincia con il presentare le circostanze che hanno dato origine alla lettera (il soggiorno presso Spurinna), e poi spiega le ragioni della lettera, introducendo l'idea che Spurinna è solo un *exemplum* di un concetto più generale (quello che lui tiene arrivi al destinatario dell'epistola e a tutti i lettori del suo epistolario). Dove individueresti il passaggio dal piano dell'occasione a quello della motivazione? Trascrivi la frase che ti sembra fare da cesura. Quale ne è il connettivo? Ve ne sono altre occorrenze nell'epistola? Hanno lo stesso valore?
- Il valore di *exemplum* offerto da Spurinna viene ribadito anche dopo l'enunciazione della legge generale, il che consente l'ampio diffondersi di Plinio su di lui. Riesci a trovare il punto di snodo di un simile passaggio?
- La giornata di Spurinna si articola in una serie di momenti ben distinti, scanditi da due serie di annotazioni temporali. Ne individui le occorrenze?
- Anche il destinatario dell'epistola (Calvisio Rufo) viene coinvolto nel discorso di Plinio, con un compito attivo. Quale? Dove si trova una simile indicazione?

### III LIVELLO – CONTENUTO

- Individua le frasi che corrispondono alle seguenti affermazioni e trascrivile:

- 1) Spurinna si segnala per una certa moderazione nell'ostentare le ricchezze
- 2) Plinio collega la vecchiaia a un'immagine tradizionale di saggezza, ma non è impietoso con i giovani e la loro facilità nello sbagliare
- 3) Plinio non è sicuro di vivere tanto quanto Spurinna (77 anni)
- 4) Spurinna non ama proporsi come modello di perfezione
- 5) Nel corso della lettera la conversazione a tu per tu viene giudicata preferibile alla lettura

- Sul tema della disponibilità di Plinio verso gli errori dei giovani, segnalo quest'altra lettera del suo epistolario. In che cosa consiste la relazione con il testo proposto?

Plinio, *epist.* IX 12

C. *PLINIUS IUNIORI SUO S.*

*Castigabat quidam filium suum quod paulo sumptuosius equos et canes emeret. Huic ego iuvene digresso: 'Heus tu, numquamne fecisti, quod a patre corripere posset? "Fecisti" dico. Non interdum facis quod filius tuus, si repente pater ille tu filius, pari gravitate reprehendat? Non omnes homines aliquo errore ducuntur? Non hic in illo sibi, in hoc alius indulget?' Haec tibi admonitus immodicae severitatis exemplo, pro amore mutuo scripsi, ne quando tu quoque filium tuum acerbius duriusque tractares. Cogita et illum puerum esse et te fuisse, atque ita hoc quod es pater utere, ut memineris et hominem esse te et hominis patrem. Vale.*

- La vita che Spurinna vive realizza l'immagine dell'*otium cum dignitate*. La prima affermazione del concetto si trova in un passo famoso di un'orazione ciceroniana, la *Pro Sestio*, 97-98. Scagliandosi contro i perturbatori dello Stato, Cicerone elogia gli *optimates*, che per lui non sono un preciso partito politico, ma tutte le persone dabbene, che si danno da fare per la convivenza civile, non hanno interessi privati e cercano di realizzare, per sé e per gli altri, l'ideale di *otium cum dignitate*. Ecco il passo più importante:

*Quis ergo iste optimus quisque? Numero, si quaeris, innumerabiles, neque enim aliter stare possemus; sunt principes consilii publici, sunt qui eorum sectam sequuntur, sunt maximorum ordinum homines, quibus patet curia, sunt municipales rustique Romani, sunt negotii gerentes, sunt etiam libertini optimates. Numerus, ut dixi, huius generis late et varie diffusus est; sed genus universum, ut tollatur error, brevi circumscribi et definiri potest. Omnes optimates sunt qui neque nocentes sunt nec natura improbi nec furiosi nec malis domesticis impediti. Esto igitur ut ii sint, quam tu 'nationem' appellasti, qui et integri sunt et sani et bene de rebus domesticis constituti. Horum qui voluntati, commodis, opinionibus in gubernanda re publica serviunt, defensores optimatum ipsique optimates gravissimi et clarissimi cives numerantur et principes civitatis. Quid est igitur propositum his rei publicae gubernatoribus quod intueri et quo cursum suum derigere debeant? Id quod est praestantissimum maximeque optabile omnibus sanis et bonis et beatis, cum dignitate otium. Hoc qui volunt, omnes optimates, qui efficiunt, summi viri et conservatores civitatis putantur...*

Quali differenze e quali elementi comuni riconosci nei due testi e nel pensiero dei loro autori?

- Plinio riconosce a Spurinna una vita attiva, che ora si conclude con la pace del pensionamento; identica vita propone (con qualche oscillazione) anche per sé, che sta percorrendo gli stessi onori che un tempo furono di Spurinna. Quali ti sembrano i termini fondamentali che denotano l'incertezza di pensiero di Plinio?

- Qualche decennio prima del nostro Autore, Seneca avrebbe descritto la vita attiva rievocata da Plinio come quella di un tipico *occupatus*, colui che tutto preso dalle proprie incombenze non si accorge che il tempo fugge irrimediabilmente. E Seneca estende il concetto sia a coloro che sono davvero ancora nel pieno della loro attività civile (come era Spurinna, e ora è Plinio), sia a chi si è apparentemente ritirato nell'ozio. In particolare, i capitoli 12 e 13 del *de brevitae vitae* descrivono questi apparenti oziosi, che però sono *occupati*, anche senza rendersene conto. Ne offro un rapido florilegio, scegliendo – fra i molti esempi senecani – quelli che prevedono azioni assegnate da Plinio anche a Spurinna:

*Quorundam otium occupatum est: in villa aut in lecto suo, in media solitudine, quamvis ab omnibus recesserint, sibi ipsi molesti sunt: quorum non otiosa vita dicenda est, sed desidiosa occupatio. Illum tu otiosum vocas qui Corinthia, paucorum furore pretiosa, anxia subtilitate concinnat et maiorem dierum partem in aeruginosis lamellis consumit? [...] Quid illi qui in componendis, audiendis, discendis canticis operati sunt, dum vocem, cuius rectum cursum natura et optimum et simplicissimum fecit, in flexus modulationis inertissimae torquent, quorum digiti aliquod intra se carmen metientes semper sonant, quorum, cum ad res serias, etiam saepe tristes adhibiti sunt, exauditur tacita modulatio? Non habent isti otium, sed iners negotium. Convivia horum non posuerim inter vacantia tempora, cum videam quam solliciti argentum ordinent, quam diligenter tunicas succingant, quam suspensi sint quomodo aper a coco exeat, quanta arte scindantur aves in frusta non enormia: ex his elegantiae lautitiaeque fama captatur et usque eo in omnes vitae secessus mala sua illos sequuntur, ut nec bibant sine ambitione nec edant. Ne illos quidem inter otiosos numeraveris qui sella se et lectica huc et illuc ferunt quos quando lavari debeant, quando natare, quando cenare alius admonet [...]. Persequi singulos longum est quorum aut latrunculi aut pila aut excoquendi in sole corporis cura consumpsere vitam. Non sunt otiosi quorum voluptates multum negotii habent. Nam de illis nemo dubitabit quin operose nihil agant, qui litterarum inutilium studiis detinentur [...]. Soli omnium otiosi sunt qui sapientiae vacant, soli vivunt; nec enim suam tantum aetatem bene tuentur: omne aevum suo adiciunt; quicquid annorum ante illos actum est, illis acquisitum est. Nisi ingratis sumus, illi clarissimi sacrarum opinionum conditores nobis nati sunt, nobis vitam praeparaverunt.*

Metti a confronto i due passi: Spurinna rispetta o no i limiti e i precetti fissati da Seneca? E in che misura? Discuti i due modelli proposti, e cerca di individuare le ragioni che spiegano l'entusiasmo di Seneca per i suoi eroi, di Plinio per i propri.